

Regnum Persarum.

Iudith historia conscribitur sub secundo Nabuchdonosor, qui a-
lio nomine Cambises uocatur. Non enim fuit ille magnus
Nabuchdonosor, qui Ierosolymam cepit, quia post euersam
Ierusalem non amplius quam xxv. annos uixit.

Iudith.
Cambises.

Darius filius Histaspis annis xxxvi. Huius secundo an-
no templum Hierosolymis constructur, finitis Lxx. annis
Iudaica captiuitatis.

Darius.

Secundo anno Darij apud
Romanos septimus à Romulo Tarquinius superbus reg-
nabat xxvii annos, ac deinde rompub: per annos cccc
Lxiiii usque ad Iulium Caesarem Consules adminis-
trauerunt.

Tarquinius.

Consules.

Xerxes annis xxi. Herodotus historiographus agnoscit-
tur.

Xerxes.
Herodotus.

Artaxerxes annis xl. Esuas legem incensam renoua-
uit, et Nehemias Ierusalem restaurauit.

Esvas.
Nehemias.

Darius qui et Nothus annis xix. Haec aetas habuit Pla-
tonem.

Darius Nothg.
Plato.

Artaxerxes qui et Ochus annis xxiii. Demosthenes et A-
ristoteles praedicantur.

Demosthenes.
Aristoteles.

Xerxes Ochi filius annis iiii. Xenocrates claruit.

Xenocrates.

Darius annis vi. Alexander Ierosolymam cepit.

Alexander.

Regnum Graecorum.

Huc usque regnum Persarum, dehinc Graecorum.

Alexander Philippi Macedo annis xii. Asiam obtinuit.

Ptolomeus Lagi filius annis xl. Machabeorum liber
primus inchoat.

Ptolomeus.

Philadelphus annis xxxviii. Lxx. interpretes claruerunt.

Philadelphus.

Euergetes annis xxix. Brutus Hispaniam subegit.

Euergetes.

Soter annis xvii. Thraeces Romanis subijciuntur.

Brutus.

Varro et Cicero nascuntur.

Thraeces.

Alexander annis x. Siria per Gabinium subijcitur Ro-
manis.

Varro.

Cicero.
Gabinius.

Ptolomeus Cleopatrae filius annis viii. Salustius histori-
ographus nascitur.

Sallustius.

Dionisius xxx. Pompeius Iudaeam cepit.

Pompeius.

Cleopatra annis ii. Aegyptus Romanis subditur.

Cleopatra.

Regnum Romano-
rum.

Huc usque regnum Graecorum, nunc Romanorum.